20. Quâ profundus arteriae articularis ramus in minores surculos finditur, qui osseam exterioris condyli substantiam perforant in limbo crustae cartilagineae.

21. Arteriae articularis superioris externae ramus *superficialis*.

22. Arteria articularis externa *inferior* quae exteriorem limbum legit cartilaginis semilunaris inter tibiae caput et femoris condylum positae.

23. Ejus arteriae surculus cum profundo ramo communicans arteriae articularis superioris externae.

24. Arteria tibialis anterior.

25. Recurrens arteria et adscendens a tibiali anteriore.

26. 27. 28. Conjunctiones propaginum ab arteria recurrenti prodeuntium cum articulari externa inferiori, et cum ramo superficiali articularis superioris externae.

29. 30. 31. 32. Arteriarum perforantium rami transversi, qui a posterioribus ad anteriora musculi vasti externi et cruralis carnes perfodiunt: ut cum ramis coeant arteriae descendentis ab externa circumflexa productae, et cum ramis arteriae femoralis superficialis.

33. 34. 35. 36. Anastomoses inter perforantes arterias et descendentem.

37. Insignis conjunctio tertiae perforantis arteriae cum ramo arteriae femoralis superficialis intra musculum cruralem.

38. Conjunctio alia perforantis arteriae tertiae cum ramo 12. circumflexae externae, qui ad genu protenditur juxta musculum rectum cruris.

39. Arteriae perforantis inferioris continuatio, ab arteria femorali superficiali proveniens, antequam superficialis ipsa popliteae nomine distinguatur.

40. Anastomosis arteriae perforantis inferioris cum arteria descendente.

41. 42. 43. 44. 45. Quâ ramus superficialis et profundus arteriae articularis superioris externae cum perforantibus arteriis, cum descendente, et cum femoralis profundae et superficialis ramis illis coalescunt qui per musculos decurrunt vastum internum, rectum cruris, et cruralem.

TABULA CXCII.

Arteriae Pelvis ac Femoris.

Ex Opere citato et ex Cadavere.

A. Musculus vastus internus truncatus.
B. Cruralis musculus ab osse femoris separatus et sursum revolutus.
C. Os pubis dexterum serra recisum.
D. Os sacrum.
E. F. Vertebrae lumborum inferiores.
G. Intestinum rectum resectum.
H. Glandula prostrata.
I. Aorta abdominalis.
K. Arteria iliaca sinistra.
L. Iliaca arteria dextra.
M. Arteria iliaca externa sinistra.
N. Hypogastrica arteria seu iliaca interna sinistra.
O. Funiculus spermaticus.
P. Vena iliaca externa sinistra.
Q. Arteria iliûm circumflexa sinistra.
R. Vena socia arteriae iliûm circumflexae.
a. a. Arteria periostei femoris a ramo procedens circumflexae externae ad musculum cruralem pertinente (Tab. CXC. *77.*).
b. Arteria quae a femorali profunda gignitur pro femoris periosteo.
c. Ramus arteriae popliteae (Tab. CXC. *48.*) periosteo tributus.
d. e. Anastomosis arteriarum periostei cum ramo arteriae articularis superioris internae (Tab. CXC. *28.*), qui communi extensorum tendine tectus prope femoris condylos decurrit.

f. Quâ ramus arteriae articularis superioris internae osseam et spongiosam penetrat interni condyli substantiam.

g. Earumdem arteriolarum conjunctio cum arteria articulari superiori externa.

h. i. k. Communicatio arteriarum quae periosteum penetrant in interno femoris latere cum iis quae in externo latere distributae sunt.

l. Arteriola ab hypogastrica emanens et decurrens ad postremam lumborum vertebram.

m. m. Rami ad os sacrum et in ejus foramina.

n. Arteria iliaca posterior.

o. Ischiadica.

p. Arteria umbilicalis.

q. Obturatoria.

r. Nervus obturatorius.

s. Arteria pudenda communis.

t. Arteriae prostatae.

u. Rami ad rectum intestinum ex pudenda communi.

v. x. Arteriae ad penem ex hypogastricis.

TABULA CXCIII.

Distributio arteriarum in facie posteriore femoris et sub cute cruris.

Ex citato Opere Antonii Scarpa *et ex Cadavere.*

A. Os iliûm sinistrum.
B. Trochanter major.
C. Tuber ischii.
D. Processus seu spina ischii.
E. Ligamentum sacro - ischiadicum.
F. Pars inferior femoris a parte posteriori.
G. Condylus internus femoris.
H. Pars musculi glutei majoris.
I. Glutei medii portio.
K. Musculus gluteus minimus.
L. Musculus pyriformis.
M. M. Gemelli musculi.
N. Obturator internus.
O. Ejus tendo.
P. Musculus quadratus.
Q. Erector penis.
R. R. Musculus urethrae transversus duobus fasciculis constans.
S. S. Compressor bulbi urethrae seu accelerator.
T. Levator ani.
U. Bicipitis cruris pars longior.
V. Ejusdem musculi pars brevior.
W. W. W. Adductor magnus femoris.
X. Musculus semimembranosus.
Y. Musculus semitendinosus.
Z. Z. Z. Vastus externus.
a. Musculus plantaris.
b. b. Gastrocnemius musculus.
c. Tendo tenuiori ventri additus musculi adductoris magni femoris.

d. Tendo musculi gracilis.

e. Sartorii musculi tendo.

f. Quâ tendo musculi bicipitis cruris inseritur.

1. Arteria iliaca posterior, seu glutea.

2. Haemorrhoidalis arteria externa, seu pudenda communis.

3. Superficialis ramus pudendae communis, sive arteria perinei.

4. Ramus arteriae perinei pro ani sfinctere.

5. Arteriae perinei productiones quae musculum bulbi compressorem perreptant.

6. Ramuli ejusdem arteriae truncati, qui cuti prospiciebant perinei et scroti.

7. Profundus ramus arteriae pudendae communis.

8. Pudendae ipsius rami urethrae bulbum perforantes.

9. Rami ejusdem arteriae musculo tributi penis erectori.

10. 11. 12. Arteriae minimae a communi pudenda procedentes, et per musculum obturatorem internum et ischii tuber disseminatae.

13. 14. 15. 16. 17. Rami alii pudendae communis pro musculo ani levatore, sfinctere superiori, et cellulosa pingui, quae recti intestini extremum circumdat.

18. Ramus insignis arteriae pudendae communis, qui in regione majoris trochanteris cum ramis communicat arteriae circumflexae tam internae quam externae, et cum ramo trochanterico arteriae primae perforantis.

19. Insignis ramus arteriae ischiadicae, quae comes nervi cruralis postici descendit, ramulos ipsimet nervo elargitur, et *20.* cum arteria circumflexa interna anastomosis ope conjungitur.

21. Ischiadicae arteriae ramus pro musculo gluteo majori, et natium cute.

22. Continuatio arteriae circumflexae internae (Tab. CXC. *67*)

23. Ramus trochantericus *adscendens* arteriae circumflexae internae.

24. Ejusdem arteriae circumflexae ramus trochantericus *descendens*.

25. Anastomosis rami trochanterici adscendentis arteriae circumflexae internae cum ramo *18.* ab arteria pudenda communi procedente, ramo trochanterico circumflexae externae (Tab. CXCI. *6.*) et ramo trochanterico arteriae perforantis primae *38.*

26. Arteriae circumflexae internae ramus alter, qui in fovea majoris trochanteris cum ramo coalescit trochanterico arteriae circumflexae exterioris.

27. Arteriola, quam ramus descendens circumflexae internae quadrato musculo impertit, cum ramo trochanterico adscendente ejusdem arteriae concurrens.

28. Arteria a descendente ramo profecta circumflexae internae, et supremis fibris inserta musculi adductoris magni femoris.

29. 30. 31. 32. 33. Distributio rami descendentis ab arteria circumflexa interna per musculos semimembranosum, semitendinosum, et longiorem ventrem bicipitis cruris.

34. Arteria perforans *prima*.

35. Arteria nutritia superior ossis femoris.

36. Ramus trochantericus arteriae perforantis *primae*.

37. Rami trochanterici *36.* distributio per musculum gluteum majorem et cutem.

38. Anastomosis rami trochanterici *36.* cum ramis utriusque arteriae circumflexae et pudendae communis *18.*

39. Conjunctio altera ejusdem rami trochanterici *36.* cum ramis arteriae circumflexae internae.

40. Distributio rami transversalis arteriae perforantis *primae*, qui ab *Hallero descendens* appellatur, per carnes musculi vasti externi. Nonnullae hujusce rami propagines cum ramis coeunt arteriae circumflexae externae (Tab. CXCI. *29. 30.*).

41. Arteria quae duos ramos precipuos arteriae perforantis primae jungit inter se.

42. Arteria perforans secunda.

43. Ejus ramus pro musculo semimembranoso.

44. 45. Perforantis arteriae secundae surculi longiori ventri tri-

buti musculi bicipitis cruris.

46. 47. Ejusdem perforantis secundae rami musculo prospicientes adductori magno femoris.

48. Ejus ramus musculum perens semitendinosum.

49. Arteria perforans *tertia*. Istiusmodi arteria, quemadmodum et de *prima* perforante dici potest, postquam plures propagines per musculi vasti externi carnes demisit, nonnullis ramis suis ramos incurrit arteriae circumflexae exterioris cum quibus communicat (Tab. CXCI. *31. 32.*).

50. Arteria perforans *quarta*, quae vix orta in duos ramos dividitur.

51. 52. 53. Arteriae *quartae* perforantis rami utrumque ventrem musculi bicipitis cruris adeuntes.

54. 55. Rami ejusdem perforantis *quartae* pro musculo semitendinoso.

56. 56. Arteria perforans *inferior*, quem femoralis superficialis paulo supra poplitem gignit. Insignis hac arteria postquam musculo vasto externo surculos elargita fuit (Tab. CXCI. *39.*) cum ramis arteriae circumflexae externae, et articularis *superiorris externae* prope genu per anastomosim agglutinatur.

57. Arteria nutritia inferior ossis femoris.

58. Ramus arteriae perforantis inferioris ventri breviori insertus musculi bicipitis cruris.

59. Ramus arteriae perforantis inferioris, qui sanguine breviori ventri musculi bicipitis suppeditato cum arteria articulari superiori externa genu communicat (Tab. CXCI. *45.*).

60. Rami arteriae perforantis inferioris pro musculo semitendinoso.

61. Arteria poplitea.

62. Truncus a quo arteriae procedunt articulares superiores internae.

63. Quâ arteria inferior periostei femoris ortum ducit (Tab. CXC. *48*).

64. Arteriae popliteae rami qui ad musculum feruntur semitendinosum.

65. Arteria articularis *superior externa.*

66. Ejus ramus.

67. Arteria articularis *media*, seu *azyga* HALLERO dicta.

68. Arteria articularis *inferior externa.*

69. Articularis altera arteria superior interna tenuis.

70. Arteria articularis inferior interna.

71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. Arteriae popliteae rami surae musculis prospicientes.

78. Arteria cutanea surae a poplitea descendens.

79. Tendo musculi peronei longi dissectus.

80. Solei musculi pars inferior separata.

81. Ramus externus posterioris peroneae, postquam musculum flexorem longum pollicis perforavit.

82. Ramus arteriae tibialis posticae.

83. Anastomosis inter cutaneam arteriam surae et peroneam.

84. Ramus arteriae cutaneae qui jungitur ramo tibialis posticae.

85. Rami ad calcaneum.

86. Ramus tibialis posticae sub externo malleolo decurrens ad dorsum pedis.

TABULA CXCIV.

Ex Cadavere.

FIGURA I.

Arteriae per Tibiam sinistram anterius visam disseminatae.

1. Patella.
2. Condylus internus femoris.
3. Ejusdem condylus externus.

4. 4. Caput tibiae.
5. Ligamentum patellae.
6. Pars tibiae inferior.
7. Ejus epiphysis.
8. Malleolus externus.
9. Talus.
10. Os naviculare.
11. Metatarsus pollicis.
12. Os primum pollicis.
13. Secundum os pollicis.
14. Os cuboideum.
15. Secundum os metatarsi.
16. Tertium os metatarsi.
17. Quartum. 18. Quintum.
19. Musculus vastus externus.
20. Rectus cruris anterior.
21. Vastus internus.
22. Musculus biceps cruris.
23. Gastrocnemius internus.
24. Tibialis anticus.
25. Ejus insertio.
26. Extensor pollicis.
27. Ligamentum interosseum.
28. Extensor digitorum longus.

29. 29. Ejus tendines.

30. Peroneus brevis.
31. Extensor brevis digitorum pedis.
32. Ejus tendo ad pollicem.
33. 34 Tendines ad proximos digitos.
35. Arteria articularis superior externa.
36. Articularis externa inferior.
37. 37. Superior articularis interna.
38. Inferior interna arteria articularis.
39. 40. Rami tibialis anterioris ad articulationem et ligamenta genu.
41. 41. Arteria *tibialis anterior.*
42. 42. Rami ejus ad musculum tibialem anticum.
43. Ejus rami ad extensorem longum digitorum.
44. Rami alii ad extensorem pollicis.
45. Profundiores rami qui pollicis extensorem musculum perforant.
46. 46. Rami alii ad extensorem longum digitorum.
47. Surculi ad epiphysim tibiae.
48. Ramus magnus interior in imam tibiam.
49. Ejus surculus adscendens.
50. Ramus ad malleolum internum.
51. Alii rami ad abductorem pollicis et pedis plantam.
52. Surculus rami 48. inosculatus cum surculo tibialis anticae 60.
53. Ramus exterior ad imam tibiam et fibulam, qui inosculatur peroneae.
54. Alter ramus exterior anastomosim habens cum peronea.
55. Peroneae ramus cum ramo tibialis anticae inosculatus.
56. Ramus tibialis anticae *tarseus*, communicans surculis suis cum peronea 55.
57. Ultimus finis metatarseae.
58. Arteria dorsalis pollicis.
59. Truncus anticae tibialis descendens in plantam pedis.
60. Ramus in talo natus tibialis anticae.
61. Quà dorsalis arteria pollicis in ramos dividitur, videlicet 62. ramum pollicarem externum, et 66. ramum ad indicem.

63. Rami adrepentes a planta pedis.
64. 65. Corona ad radicem unguis.
67. Ramus interosseus primus.
68. Ramus plantaris furcae secundae.
69. Ab anastomosi arteriarum 67. 68. natus ramus exterior digiti secundi, et internus tertii 70.
71. Arcus secundi digiti ad ungnem.
72. Ramus interosseus secundus.
73. Arteria plantaria.
74. Ramus ad digitum tertium.
75. Alter ramus ad quartum.
76. Ramus interosseus tertius.
77. Ejus surculus ad digitum quartum.
78. Ramus ad digitum quintum interior.
79. Surculus a plantari externa natus qui cum arteria 78. arcum facit ad radicem unguis.

F I G. II.

Tibiae sinistrae facies posterior.

A. Musculus gastrocnemius internus.
B. Gastrocnemius externus.
C. Pars solei
D. Musculus plantaris.
E. Popliteus.
F. Peroneus longus.
G. Flexor longus digitorum pedis.
H. Flexor longus pollicis.
I. Tendo peronei brevis.
K. Tendo Achillis.
L. L. Vagina tendinea quae musculorum tendines complectitur.
a. Arteria *poplitea.*
b. Articularis arteria superior interna.
c. Externa et superior articularis.
d. Ramus ad gastocnemium musculum internum.
e. Alter ramus ad externum gastrocnemium.

f. Articularis inferior interna.
g. Ramus ad musculum plantarem.
h. Divisio arteriae popliteae.
i. Arteria *tibialis postica*.
k. Ramus ejus ad musculum popliteum.
k. 2. Alter ad soleum.
l. Truncatus ramus pro inferiori parte solei.
m. m. Rami ad tibiam, popliteum, et gastrocnemium internum.
n. n. Rami ad nervum.
o. q. Rami ad cutem, qui anastomosis ope p. jungitur in cellulosa.
r. Ramus alius anastomoticus.
*. Ramus tibialis posticae in interna et anteriori tibiae facie distributus.
s. Ramus anastomoticus cum peronea.
t. Anastomosis rami u. a tibiali procedente cum peronea x.
y. Ramus ad calcaneum anastomoses habens cum ramis peroneae, Achillis tendine tectus.
β. Ramus anticae tibialis.
γ. Anastomosis ejus cum tibialis posticae ramo.
δ. Ramus ad calcaneum.
ε. Rami ad abductorem pollicis.
ζ. Truncus communis arteriae tibialis anticae et peroneae.
η. Ramus ad soleum musculum.
θ. Alter ramus qui musculum adit peroneum longum.
κ. Arteria tibialis antica quae trans interosseum ligamentum fertur ad anteriora cruris. λ. Peronea.
μ. Rami ad soleum et gastrocnemium externum.
ν. Ramus profundus.
ξ. ξ. Arteriae ad flexorem digitorum longum.
π. Ramus superficialis.
ρ. Quâ peronea superato musculo pollicis flexore inferius procedit.
σ. Rami ad musculorum vaginas.
z. Finis posterior peroneae habens anastomoses cum tibiali postica.
τ. Ramus in periosteo calcis decurrens.

TABULA CXCV.

ARTERIAE PEDIS

Ex Halleri Icon. Anatom. et ex Cadavere.

FIGURA I.

Arteriae subcutaneae pedis. Innumeri rami cutanei resecti fuerunt.

A. Calcanei tuber.
B. Musculus abducens pollicis.
C. Abductor digiti minimi.
D. Aponeurosis plantae.
E. Ejus pars pollicaris.
F.G.H.I.I. Pars fissa ad transmittendos tendines musculi flexoris.
K. Tendo flexoris longi pollicis.
L.L.L.L. Tendines flexoris longi digitorum.
Ξ. Caro quadrata nonnullis fibris tendineis intermixta.
a. Arteria tibialis postica.
b. Ramus superficialis ad cutem ed adipem.
c. Ramus erumpens ad interiora aponeurosis et euns calcaneum.
d. Rami ad calcem.
Latet sub aponeurosi plantae divisio arteriae *a.* in plantarem externam et internam. Vide Fig. II.
g. g. Rami plantaris internae emergentes ad exteriora abductoris pollicis, et ad interiora ejusdem *h. h. h.*
i. i. Ramus praecipuus superficialis plantaris internae.
m. Ejus rami minores.
k. Anastomosis cum aliquo ramorum ad interiora aponeuroseos magnae exeuntium.
Λ. Ramus ex profundis emergens pollicis internus a tibiali antica natus.
n. Arcus primus pollicis.
o. Arcus ultimus et rami cutanei.

p. Ramus arcus profundi qui bifurcatur ad pollicem et digitum secundum.

l. q. Rami inde in cutem euntes.

r. Arteria pollicis externa.

s. s. Rami minores.

t. Ramus externus pollicis.

W. W. W. W. Arcus ad unguem in omnibus digitis.

x. Furca secunda ex trunco plantaris externae ad secundum digitum et medium.

y. Secundi digiti arteria externa.

z. Tertii digiti arteria interna.

α. Arteria digiti tertii et quarti.

β. Ramus externus digiti medii.

γ. Internus ramus quarti digiti.

δ. Arteria quarti et quinti digiti.

ε. Externus ramus quarti.

ζ. Internus quinti.

η. Externus quinti.

κ. Ramus plantaris externae emergens ad digitum quartum et quintum.

λ. λ. Rami superficiales ad cutem et adipem.

μ. μ. Rami emergentes per aponeurosim plantae.

ν. ν. Alii rami emergentes ad exteriora ejus aponeurosis.

ξ. ξ. Rami a peronea, unde anastomoses et rete fit cum ramis arteriae tibialis posticae.

F I G. II.

Arteriae profundae pedis.

A. Tuber calcanei.

B. Talus. *C.* Ejus caput.

D. Os naviculare.

E. Os cuneiforme primum.

F. Os metatarsi pollicis: *G.* Ejusdem digiti os primum: *H.* secundum.

I. Secundi digiti os primum: *K.* alterum; *L.* tertium.
M. Tertii digiti primum os: *N.* alterum: *O.* tertium.
P. Q. R. Eodem ossicula digiti quarti.
S. S. Os metatarsi quintum.
T. V. X. Ossiculo digiti minimi.
Θ. Transversus musculus pedis.
Λ. Λ. Λ. Λ. Tendines flexoris digitorum.
Ξ. Tendo flexoris pollicis.
Σ. Musculus interosseus septimus.
Φ. Sextus interosseus: Ψ. quintus: Ω. quartus: *α*. tertius: *β*. secundus: *γ*. primus.
δ. Ligamentum magnum ab osse calcis ad cuboides et os metatarsi quartum decurrens.
ε. ε. Tendo peronei longi.
ζ. Cauda ligamenti *δ*. obnubens peroneum longum.
θ. Ligamentum a calcis tubere anteriori in cuboides euns.
κ. Altera origo abductoris pollicis.
λ. Ligamentum *θ*. continuatum ultra abductorem.
μ. Ligamenti *δ*. insertio in os metatarsi quartum.
1. Arteria tibiali postica.
2. Ejus ramulus superficialis.
3. Ramulus ad anteriora tuberis calcanei.
4. Ramus cutaneus arcum faciens cum peroneae ramo.
5. Arteriola ad abductorem pollicis.
6. Arteria plantaris interna.
7. 7. Ramus ejus profundus interior.
8. Surculus ad ligamenta tarsi.
9. Arteriae plantaris internae truncus.
10. Ramus ex arteria *7*. circum talum flexus.
11. Anastomosis cum ramo profundo tibialis anticae.
12. Ramus circa os primum metatarsi flexus occurrens dorsali pollicis.
13. Finis arteriae *9*. inosculatus arteriae pollicis.
14. Arteria a tibiali anteriori faciens arcum plantarem.
15. Anastomosis inter duas arterias pollicis sub ossibus sesamoideis.

16. Arteria pollicis interna.
17. Arcus in osse pollicis primo.
18. Rami superficiales.
19. Arcus ad unguis radicem.
20. 20. Rami ad pulpam tactilem.
21. Ramus externus a plantari interna.
22. Tibialis anticae ramus in planta pedis.
23. Ramus anastomoticus arteriae 21. insertae arteriae pollicis externae.
24. Ejus ramus ad pollicem exterior.
25. Ramus ad indicem interior.
26. Ramus profundus ad plantam pedis.
27. Rami ejus occurrentes super ligamentum δ.
28. Rami ad os cuneiforme primum et adipem.
29. Plantaris externa.
30. Ramus ad adipem.
31. Arcus cum peronea, unde rami ad calcis tuber.
32. Peroneae posticae ramus.
33. Surculus anastomoticus cum plantaris internae ramo 27.
34. Ramus a peronea inosculatus in ramum 37. plantaris externae.
35. Truncus plantaris externae.
36. 36. Rami ejus cutanei et ad adipem.
37. Ramus anastomoticus cum peronea.
38. Surculus ejus inosculatus cum interossea exteriori.
39. Trunculus interosseus plantaris extimus.
40. Ramus plantaris externae ad digitum minimum.
41. Externa plantaris minimi digiti.
42. Arcus ad unguem cum interna minimi digiti.
43. Truncus plantaris externae arcum faciens plantarem.
44. Anastomosis inter arteriam digitalem plantarem quartam et arteriam digiti minimi externam.
45. Ramus ad musculum interosseum septimum et sextum.
46. Perforans arteria tertia anterior a ramo 45. producta.
47. Arteria digitalis quarta.
48. Ramus digiti minimi interior.

49. Digiti quarti ramus exterior.
50. Arcus ad unguem.
51. Ramus retrogradus.
52. Ramus interosseus plantaris secundus.
53. Arcus plantae ramus retrogradus alius.
54. Perforans intervalli secundi posterior.
55. Ramus interosseae secundae inosculatus digitali tertiae.
56. Origo rami digitalis tertii.
57. Ejus inter ad digitos tectum transverso.
58. Arteria interna digiti quarti.
59. Externa tertii.
60. Arcus ad unguem.
61. Arteria digitalis secunda.
62. Ramus internus medii digiti.
63. Externus secundi digiti.
64. Arcus ad unguem.
65. Truncus arteriae tibialis anticae aegre adparens.
66. Ejus rams ad pollicem et digitum secundum.
67. Perforans arteria prima a tibiali antica nata.

TABULA CXCVI.

Ex Halleri Icon. Anatom. Fasc. VII.

FIGURA I.

Arteriae spinalis posterioris Icon.

A. Cor.
B. Arteria pulmonalis sinistra.
C. Ductus arteriosus.
D. Arteriae aortae arcus.
E. Carotis et subclavia dextra.
F. Carotis sinistra.
G. Subclavia sinistra.
H. Thyreoidea sinistra inferior.
I. Ramus ad glandulam thyreoideam.
K. Ejus ramus adscendens cervicalis.
L. Hujus ramus ad medullam spinalem inferior, comes quarti paris nervorum.
M. Ipse ramus ganglii comes.
N. Ramus superior, comes tertii paris.
O. Cervicalis profunda arteria.
P. Ramus superior, comes nervi quinti.
Q. Ramus inferior.
R. Ejus surculus ad duram matrem, comes nervi sexti.
S. Surculus ad duram membranam nervi septimi.
T. Vertebralis truncus sinister.
V. Ramus ad corpora vertebrarum comes nervi septimi.
X. Similis ramus comes paris sexti.
Y. Ramus similis comes nervi quinti.
Z. Ramus ad duram membranam medullae spinalis, ejusdem surculi comes.
a. b. Arteriolae ad corpora vertebrarum, *a.* comes nervi quarti, *b.* tertii.

c. Ramus comes nervi secundi ad duram membranam et nervum.

d. Ad occiput ramus extra duram membranam natus.

e. Truncus vertebralis intra duram membranam.

f. Alius ramus natus intra duram membranam et occiput adeuns.

g. Arteria cerebelli inferior.

h. Arteria spinalis posterior sinistra.

i. i. Anastomoses ejus cum dextra.

k Arteria intercostalis superior.

l. Ramus superior comes nervi octavi et inosculatus arteriae spinali posteriori.

m. Alter ramus inferior.

n. Ejus surculus ad corpora vertebrarum, cum nervo octavo euns.

o. Ramus ad medullam spinalem, inosculatus spinali posticae cum nervo septimo.

p. Surculus inferior rami *m.*

q. Surculus ad corpora vertebrarum, comes nervi noni, seu dorsalis primis.

r. Alter surculus cum eodem nervo medullam spinalem adeuns, et inosculatus ejus arteriae posticae.

s. Surculus medullam spinalem adeuns cum nervo octavo.

t. Arteria intercostalis aortica *prima.*

u. Surculi musculares.

x. Ramus ad medullam spinalem.

y. Ramus ad corpora vertebrarum.

z. Aorta descendens.

α Ramus intercostalis *aorticus alter,* ejusque trunculus muscularis.

β. Alter ramus ad duram membranam et medullam spinalem.

γ. Ramus ad corpora seu involucrum vertebrarum.

δ. Truncus intercostalis aorticae arteriae secundae.

κ. Truncus *tertiae.*

ε. Ramus muscularis seu intercostalis.

ξ. Surculus comes nervi sui ad medullam spinalem.

η. Ramus ad duram membranam.
θ. Alter ramus ad corpora vertebrarum.
λ. Arteria intercostalis aortica *quarta*.
μ. Ramus muscularis seu intercostalis.
ν. Alter ramus ad medullam spinalem comes nervi.
ξ. Surculus ad duram membranam.
π. Ramus ad corpora vertebrarum.
ρ. Intercostalis aortica *quinta*.
σ. Ejus ramus muscularis.
τ. Ramus ad medullam spinalem.
υ. Surculus ad corpora vertebrarum.
φ. Intercostalis aortica *sexta*.
χ. Ejus ramus intercostalis.
ψ. Ramus dorsalis.
ω. Ramus ad medullam spinalem.
1. Surculus ad corpora vertebrarum.
2. Arteria intercostalis aortica *septima*.
3. Ramus ejus intercostalis.
4. Dorsalis ramus.
5. Alter ad medullam spinalem.
6. Ramus ad corpora vertebrarum.
7. Surculus ad medullae spinalis duram membranam.
8. Intercostalis aortica *octava*.
9. Truncus intercostalis.
10. Ramus ad medullam spinalem.
11. Ad corpora vertebrarum.
12. Ad musculos dorsales.
13. Intercostalis aortica *nona*.
14. Truncus intercostalis.
15. Truncus ad medullam spinalem.
16. Ad corpora vertebrarum.
17. Ad musculos dorsi.
18. Intercostalis aortica *decima*.
19. Truncus intercostalis.
20. Ramus ad medullam spinalem.
21. Ad duram membranam.

22. Ad corpora vertebrarum.
23. Ad musculos dorsi.
24. Arteria *lumbalis prima*.
25. Truncus muscularis major anterior.
26. Posterior truncus muscularis.
27. Ramus ad medullam spinalem.
28. Ad corpora vertebrarum.
29. Arteria lumbalis *secunda*.
30. Ramus muscularis anterior.
31. Ad medullam spinalem.
32. Ad duram membranam.
33. Ad corpora vertebrarum.
34. Lumbalis arteria *tertia*.
35. Ramus anterior.
36. Ramus ad medullam spinalem.
37. Ramulus ad corpora vertebrarum.
38. Lumbalis *quarta*.
39. Anterior ramus.
40. Ramulus ad medullam spinalem.
41. Ad corpora vertebrarum.
42. Ramus muscularis posterior.
43. Lumbalis *quinta*.
44. Ramus ejus ad nervum socium.
45. Ad corpora vertebrarum.
46. Truncus anterior.
47. Sacra arteria *prima*.
48. Ejus ramus anterior.
49. Ramus ad nervum socium.
50. Ad corpora vertebrarum.
51. Arteria sacra *secunda*.
52. Ramulus ad nervum socium.
53. Ad corpora vertebrarum.
54. Sacra *tertia*.
55. Ramus muscularis.
56. Alter ramus ad nervum socium.
57. Ad corpora vertebrarum.

58. Sacra *quarta*.
59. Ramus muscularis.
60. Ad nervum socium.
61. Ad corpora vertebrarum.
62. Sacra *quinta*.
63. Ramus ad nervum.
64. Alter ad corpora vertebrarum.
65. Sacra *sexta*, vel *coccygea*.
66. Ramus ad corpora vertebrarum.
67. Arteria *azygos* a spinali antica nata.

F I G. II.

Arteriae medullae spinalis ab anteriori delineatae.

A. Os occipitis ex tribus adhuc partibus compositum.
B.2.3.4.5.6.7. Processuum transversorum vertebrarum colli reliquiae.
B.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.181. Vertebrarum dorsi processus transversi.
19.20.21.22.23.24.25.26.27.28.29.30. Costae duodecim defractae.
C.31.32.33.34. Processus transversi vertebrarum lumbalium.
D. Primae vertebrae ossis sacri processus transversus.
35.36.37.38. Processus transversi reliquarum vertebrarum ossis sacri.
E. Cor obiter expressum.
F. Arteria pulmonalis.
G. Aorta.
H. H. Dura mater medullae spinalis aperta.
I. Ligamentum denticulatum.
K.K.K. Ejus adhaesiones ad medullam spinalem.
L. Ligamentum ultimum.
M.N.O.P.Q.R.S.T. Octo primi nervi *cervicales*.
V.X.Y.Z.a.b.c. Eorum ganglia.
d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p. Nervi duodecim dorsi et eorum anteriores radices.

q r. s. Radices nervorum posticae pellucentes per ligamentum denticulatum.

t. Cauda equina.

Γ. Δ. Θ. Λ. Ξ. Nervi lumbales.

Π. Σ. Φ. Ψ. Ω. Nervi ossis sacri quinque priores et ultimus.

u. Medulla spinalis variae crassitiei ut in icone.

x. Finis ejus conicus.

y. Arteria spinalis *anterior* utraque.

z. Insula in summa cervice.

α. Alia in imo fere collo.

β. Finis arteriae spinalis in vaginam a pia membrana factam terminatae.

γ. Arteria vertebralis.

δ. Ramus ad spinalem anticam arteriam sub vertebra secunda euns.

ε. Alius ramus ad involucrum vertebrarum anterius missus.

ζ. Ramus ad involucrum vertebrarum sub tertia vertebra colli.

η. Ramus ad spinalem arteriam sub sexta vertebra.

κ. Ad corpora seu involucra vertebrarum.

λ. Arteria subclavia sinistra.

μ. Ramus thyreoideus inferior.

ν. Ejus surculus cervicalis adscendens.

ξ. Inde natus ramus ad arteriam spinalem sub tertia vertebra.

π. Et sub quarta.

ρ. Arteria cervicalis profunda.

σ. Ramus sub sexta vertebra ad corpora vertebrarum euns.

τ. Et ad arteriam spinalem.

υ. Ramus cervicalis resectus.

φ. Ad arteriam spinalem surculus.

χ. Alia arteria cervicalis ima, seu intercostalis superior.

ψ. Ramus ad ganglion et duram mebranam sub vertebra septima colli.

ω. Ad involucra seu corpora vertebrarum.

40. Ramus alius ejusdem surculi.

41. Surculus ad corpora vertebrarum.

42. Ad duram membranam et ganglion.
43. Arteria intercostalis aortica *suprema*.
44. Ramus ad involucra vertebrarum.
45. Ad ganglion.
46. Ramus intercostalis.
47. Arteria intercostalis aortica *secunda*.
48. Ramus intercostalis.
49. Ramus ad vertebras.
50. Ad ganglion.
51. Arteria aortica intercostalis *tertia*.
52. Ramus intercostalis.
53. Dorsalis.
54. Ad arteriam spinalem communicans.
55. Arteria *quarta* intercostalis aortica.
56. Ramus intercostalis.
57. Ramus ad dorsi musculos.
58. Ad ganglion et duram membranam.
581. Ad corpora vertebrarum.
59. Arteria intercostalis aortica *quinta*.
60. Ramus intercostalis.
61. Ad duram membranam.
62. Ad vertebras.
63. Arteria intercostalis aortica *sexta*.
64. Ramus intercostalis.
65. Dorsalis.
66. Ad ganglion.
67. Ad vertebrarum involucrum.
68. Arteria aortica intercostalis *septima*.
69. Ramus intercostalis.
70. Dorsalis.
71. Ad vertebras.
72. Ramus ad medullam spinalem communicans.
73. Arteria intercostalis aortica *octava*.
74. Ramus intercostalis.
75. Dorsalis.
76. Ad ganglion duo surculi.

77. Ad vertebras.
78. Ad arteriam spinalem surculus communicans.
79. Arteria intercostalis aortica *nona*.
80. Ramus intercostalis.
81. Dorsalis.
82. Ad vertebras.
83. Ad ganglion.
84. Arteria lumbalis *prima*.
85. Ramus anterior.
86. Ad vertebras.
87. Ad ganglion.
88. Lumbalis arteria *altera*.
89. Ramus anterior muscularis.
90. Ramus ad arteriam spinalem.
91. Ad vertebras.
92. Arteria lumbalis *tertia*.
93. Ramus muscularis.
94. Ad arteriam spinalem.
95. Arteria lumbalis *quarta*.
96. Ramus ad vertebras.
961. Ramus muscularis.
97. Ad arteriam spinalem.
98. Lumbalis *quinta*.
99. Ramus muscularis.
100. Ad vertebras.
101. Ad arteriam spinalem.
102. Arteria sacra *prima*.
103. Ramus muscularis.
104. Ad vertebras.
105. Ad arteriam spinalem.
106. Sacra *secunda*.
107. Ramus ad nervum.
108. Sacra *tertia*.
109. Ramus ad vertebras.
110. Ad nervum.
111. Sacra *quarta*.

112. Ramus primus, surculus ad vertebras.
113. Surculus ad nervum tertium sacrorum et caudam equinam.
114. Ad nervum quartum sacrum.
115. Ad quintum.
116. Ad coccygem.
117. Arteriae anterioris ludentis per vertebrarum corpora *finis*.
118. Prima anastomosis cum laterali sacra.
119. Altera.
120. Coeliaca arteria.
121. Mesenterica superior.
122. Inferior.
123. Iliaca sinistra.
124. Dextera iliaca.
125. Arteria hypogastrica.
126. Alii ejus rami.

TABULA CXCVII.

Ex Cadavere.

Venae colli, thoracis et abdominis quae ad venas cavas pertinent.

1. Musculus masseter.
2. Portio musculi sternocleidomastoidei.
3. Musculus mylohyoideus.
4. Ossis hyoidei basis.
5. Musculus thyreohyoideus.
6. Glandula thyreoidea.
*. Glandula maxillaris dextera.
7. Trachea.
8. Clavicula dextra; 9. sinistra.
10. Musculus deltoideus.
11. Pars musculi pectoralis minoris.
12. Pectoralis major truncatus.
13. Biceps brachii.
14. Latissimus dorsi.
15. 15. Costa prima: 16. 16. secunda etc. 23. 23. nona.
24. Cor.
25. Arcus aortae.
26. Truncus communis arteriae carotidis et subclaviae dextrae, seu arteria innominata.
27. Arteria carotis sinistra.
28. Subclavia arteria sinistra.
29. Cordis auricula dextra.
30. Sinistra seu posterior cordis auricula.
31. Arteria pulmonalis.
32. Ejus ramus sinister.
33. 33. Diaphragma.
34. Ren dexter.
35. Dexter ureter.

36. Capsula suprarenalis dextera.
37. Sinister ren.
38. Ureter sinister.
39. Ren succenturiatus sinister seu capsula suprarenalis.
40. Oesophagus truncatus.
41. 41. Aorta abdominalis.
42. Arteria coeliaca.
43. Arteria mesenterica superior resecta.
44. 44. Arteriae renales.
45. 45. Spermaticae arteriae resectae.
46. Arteria mesenterica inferior.
47. Musculus psoas dexter.
48. Quadratus lumborum dexter.
49. Iliacus internus dexter.
50. Psoas sinister.
51. Sinister quadratus lumborum.
52. Iliacus internus sinister.
53. Arteria carotis dextera per collum adscendens.
54. Carotis externa.
55. Internus ramus carotidis.
56. Arteria thyreoidea superior.
57. Vena facialis posterior.
58. Truncus communis venarum faciei in venam jugularem externam se immergens.
59. Vena submentalis.
60. Venae ex glandula sublinguali et maxillari.
61. Vena palatina ex pallato molli.
62. Truncus communis in venam jugularem externam apertus et cum vena 75. communicans.
63. Venula superficialis veniens a musculo sternocleidomastoideo.
64. Vena transversa scapulae in venam jugularem aperta.
65. Venae jugularis externae truncus in latere dextro.
66. Confluxus venae jugularis externae cum interna.
67. Truncus communis venarum superficialium faciei in venam jugularem internam confluens.

68. 68. Vena jugularis interna.

69. Venula superficialis ex mylohyoideo, sternohyoideo et thyreohyoideo.

70. Anastomosis inter venam jugularem externam et internam

71. Truncus communis venulae 69. et rami anastomotici 70.

72. Vena ex mylohyoideis, digastrici utriusque ventre anteriore et hyothyroideis.

73. Vena ex platysmamyoideo.

74. Vena sub platysmamyoideis decurrens et conjungens venam jugularem externam sinistram cum dextera.

75. Vena anastomotica, qua facialis vena dextera cum vena 74. communicat.

76. Vena ex faciali sinistra profecta in venam 74. confluens et communicans cum vena jugulari externa sinistra.

77. Vena jugularis externa sinistra.

78. Truncus communis venarum 74. 77.

79. Vena subclavia sinistra.

80. Jugularis vena interna sinistra.

81. Truncus in quo venae confluunt jugulares et subclavia sinistri lateris.

82. Vena thyreoidea inferior sinistra.

83. Dextera vena thyreoidea inferior.

84. Altera vena thyreoidea inferior superficialis.

85. Ramus anastomoticus, a quo venae thymicae.

86. Vena vertebralis dextera.

87. Mammaria interna sinistra.

88. Vena mammaria dextera interna.

89. Truncus in quo venae aperiuntur jugulares et subclavia dextri lateris.

90. Vena cephalica dextera.

91. Basilica vena dextera.

92. Vena brachialis.

93. Truncus in quo sanguis refluit a vena subscapulari et humeri circumflexa posteriori.

94. Venae thoracicae ex Serrato majore et Pectorale procedente.

95. Vena axillaris dextra.
96. Vena subclavia dextra.
97. Cava vena superior.
98. Vena azygos.
99. Cordis vena coronaria anterior.
100. Vena cordis Galeni seu minor, in atrium cordis dexterum aperta.
101. Vena cruralis dextera.
102. Hypogastrica vena dextera.
103. Iliaca vena dextera.
104. Vena iliaca sinistra.
105. Vena sacra media.
106. Cava vena inferior.
107. Vena spermatica dextera in cavam venam se inserens.
108. Vena spermatica sinistra cum emulgente vena ejusdem lateris communicans.
109. Vena renalis seu emulgens dextra.
110. Sinistra vena renalis seu emulgens.
111. Vena suprarenalis ad capsulam spectans atrabilarem dexteram, aperta in venam cavam.
112. Sinistra vena suprarenalis cum vena confluens renali ejusdem lateris.
113. Vena phrenica sinistra in hoc cadavere sanguinem revehens in venam suprarenalem.
114. Venae hepaticae ex hepate abscissae.

TABULA CXCVIII.

VENAE CAPITIS ET COLLI.

Ex Jo. Gottl. Walteri Observat. Anatom.

A. A. Musculus Trapezius.
B. B. Splenius capitis et colli.
C. Levator scapulae.
D. D. D. Fasciculi levatoris scapulae, quatuor superioribus processibus transversis colli inserti.
E. Scalenus anticus.
F. Scalenus medius.
G. Portio musculi sternomastoidei.
H. Portio musculi cleidomastoidei.
I. Mastoidei musculi pars suprema, quae radici processus mastoidei et incipienti lineae semicirculari superiori occipitis adhaeret.
K. Musculus sterno-hyoideus.
L. Sterno-thyreoideus.
M. M. Omo-hyoideus.
N. Hyo-tyreoideus.
O. O. Subcutaneus colli infra basim maxillae resectus.
P. Fibrae musculi subcutanei in angulum oris insertae, seu *risorius Santorini.*
Q. Depressor anguli oris, seu triangularis.
R. Depressor labii inferioris, seu quadratus menti, in quem sub triangulari fibrae subcutanei colli continuant.
S. Masseter.
T. Buccinator.
V. Zygomaticus major.
X. Zygomaticus minor.
Z. Levator anguli oris.
a. a. Levator labii superioris proprius.

b. Levator labii et alae nasi.
c. Depressor alae nasi.
d. d. Orbicularis oris.
f. Compressor narium.
g. g. Stratum externum orbicularis palpebrarum.
h. h. Internum stratum ejusdem musculi.
i. i. Frontalis.
k. Levator auriculae.
l. Auriculae retrahens.
m. m. Occipitalis.
n. Parotidis glandulae pars inferior et incisa, ut venae iter eo distinctius appareret.
o. o. Ductus Stenonianus.
p. Parotis parva seu accessoria, cujus ductus excretorius in stenonianum ductum inseritur.
q. q. Galea capitis et aponeurosis musculi temporalis processui zygomatico et ossi jugali adherens, incisa.
r. r. Facies externa et posterior auriculae: *s.* Ejus lobulus sursum reflexus.
v. Meatus cartilagineus.
x. Processus condyloideus maxillae inferioris.
α. Truncus carotidis.
β. Arteria thyreoidea superior.
γ. γ. Glandula thyreoidea.
δ. Cartilago cricoidea.
ε. Cartilago thyreoidea.
ζ. Ligamentum crico-thyreoideum medium.
1. Truncus venae cavae.
2. Vena subclavia dextra.
3. Venae jugularis externae truncus.
4. Ramus internus trunci jugularis externae musculo sterno-cleido-mastoideo tectus.
5. Vena subcutanea colli inferior.
6. Secunda vena rami interni, quae est subcutanea colli superior.
7. Ramus internus subcutaneae colli superioris.
8. Ejus minor ramus ad mentum.

9. Ramus major usque ad angulum oris excurrens.
10. Subcutaneae colli superioris ramus externus.
11. Ejus rami surculus ad musculum platysmamyoideum.
12. 13. Duo surculi, qui marginales deinde maxillae evadunt.
14. 15. Venulae a surculis 12. 13. productae, quae confluunt in ramum 16. transversum communicantem cum vena jugulari externa.
17. Vena surgens e ramo 16. et adeuns musculum subcutaneum colli, mylohyoideum, et glandulam submaxillarem.
18. 19. Venulae a ramo 16. profectae, cum vena faciali externa seu posteriori conjunctae, et quae dant surculum 20. musculo sterno-cleido-mastoideo, et venam 21. in facie terminatam.
22. Quâ surculi marginales 12. 13. denuo confluunt et iterum in plures ramos fissi faciales evadunt.
23. Rami faciales anastomosi uniuntur cum ramo interno subcutaneo colli 9.
24. Et cum ramo venae labialis inferioris, quam dat vena facialis interna.
25. Et cum ramo 21. ex ramo communicante nato.
26. Secundus ramus trunci jugularis externae, seu vena jugularis externa.
27. Anastomosis inter secundum ramum et venam transversam colli.
28. Minor ramus muscularis profundior jugularis externae.
29. Conjunctio cum vena dorsali scapulae.
30. Major ramus jugularis externae.
31. Vena anastomotica a continuato trunco jugularis externae cum vena 16.
32. Conjunctio per ramum lateralem venae jugularis externae cum ramo posteriori venae facialis.
33. Ramus anastomoticus jugularis externae.
34. Ramus occipitalis jugularis externae, qui retro aurem duabus aut tribus anastomosibus 35. 36. conjungitur cum ramo externo venae temporalis superficialis.
37. Vena transversa colli.

38. Truncus resectus, seu ramus venae transversae, cujus surculi cum sociis arteriis ad musculos colli et scapulae propagati sunt.
39. Surculus muscularis.
40. Alter surculus inter trapezium et splenium capitis et colli absconditus.
41. Vena occipitalis superficialis.
42. Conjunctiones cum ramo externo venae temporalis superficialis.
43. Truncus venae jugularis internae.
44. Vena thyreoidea superior, cujus surculus 45. penetrat per unum aut duo foramina ligamenti crico-thyreoidei medii, et consumitur in ligamentis et musculis arythenoideis et cricoideis.
46. Ramus venae jugularis internus profundus major seu cerebralis.
47. Superficialis ramus minor venae jugularis internae, seu externus facialis.
48. Vena thyreoidea suprema, seu thyreo-laringea a ramo superficiali 47.
49. Ramus descendens thyreoideus venae laryngeae.
50. Anastomosis rami desendentis 49. cum ramis venae thyreoideae superioris 44.
51. Ramus posterior venae laryngeae.
52. Vena facialis interna anterior procedens a ramo superficiali 47.
53. Facialis vena externa posterior quae soboles est ejusdem rami superficialis 47.
54. Vena glandulosa a faciali interna emissa.
55. Vena submentalis.
56. Surculus facialis internae qui perforat musculum subcutaneum colli, et immittitur venae labiali inferiori.
57. Vena masseterica externa, quae cum venis paroticis 58., et cum ramis venae transversae facialis 59. conjungitur.
60. Media vena masseterica, quae internae immiscetur 61. et transversae faciali 62.

63. Interna vena masseterica maxima quae fere cum omnibus venis faciei habet commercium, cum masseterica media 64., buccali 65., transversa faciei 66., palpebrali externa inferiori 67. Porro dat venam 68. anastomoticam cum labiali et buccali.

69. Vena labialis inferior a vena faciali interna producta, eaque surculis suis conjungitur cum ramo venae submentalis 70., cum venis subcutaneis colli 71.

72. Ante musculum triangularem delata praebet illi surculos et communicat cum ramis internis venae subcutaneae colli; tunc properat ad orbicularem oris 73. et ad angulum oris; in hoc itinere varias init anastomoses 74. cum vena labiali media, et 75. per ramum transversum cum vena buccali et vena anastomotica 68.

76. Vena buccalis prima seu inferior, quam dat facialis.

77. Ejus ramulus communicans cum vena labiali inferiori.

78. Ramus venae buccalis primae qui in venam buccalem mediam implantatur.

79. Ramus minor superficialis venae inferioris buccalis, qui in carnibus buccinatoris consumitur.

80. Major ramus qui ductu serpentino fertur inter marginem internum masseteris, et venam facialem internam ad ductum stenonianum, ubi 81. cum vena buccali suprema vel tertia conjungitur.

82. Vena labialis media ad internum latus venae facialis internae orta ducitur transversim ad angulum oris, et 83. ad instar coronae cum labiali inferiori, ramo labiali, et vena labii superioris communicat.

84. Vena buccalis superior.

85. Quâ adit ipsum ductum stenonianum postquam ea in venam buccalem inferiorem fuerit inosculata.

86. Vena labii inferioris superior.

87. Inferior minor vena labii superioris a vena faciali interna nata.

88. 89. 90. Ejus surculi ad periosteum ossis maxillaris superioris et ipsam ossis substantiam.

91. 92. Rami facialis venae internae ad zygomaticum minorem et majorem.

93. Vena palpebralis inferior externa a faciali interna procedens, quae inosculatur *94.* in venam palpebralem superiorem externam natam ex ramo profundo venae temporalis. Muscularibus suis surculis properat *95.* ad zygomaticum majorem, ad *96.* zygomaticum minorem, et efficit cum vena palpebrali inferiori interna rete venosum *97. 98. 99.* palpebrae inferioris.

100. Ramus palpebralis inferioris communicans cum ramo superiori *88.* et inferiori *89.* venae transversalis faciei.

101. Ramus palpebralis inferioris anastomoticus cum vena masseterica interna *67.* et ramo inferiori venae transversae faciei.

102. Ramus profundior venae facialis internae ad levatorem anguli oris.

103. Anastomoticus ramus venae facialis internae cum vena *87.* et cum ramis venae magnae labii superioris *104.*

105. Vena labii superioris magna et superior quae plerumque oritur ex trunco continuato venae facialis internae.

106. Ramus externus venae labii superioris.

107. Internus ramus venae labii superioris.

108. 109. 110. Ejus ramuli adscendunt cum fibris orbicularis oris, septo cartilagineo nasi insertis, atque petunt nasi cartilaginei aperturam externam, ipsum cavum narium intrant, et surculis venae nasalis anterioris internae inseruntur.

111. 112. Reliqui surculi qui pingunt apicem nasi et anastomosi conjunguntur cum venis dorsalibus.

113. Vena nasalis interna anterior inferior ex vena faciali interna.

114. Quâ per foramen alae nasi in cavum nasi penetrat.

115. 116. Communicatio cum vena nasi anteriori interna superiori et *117.* cum ramo interno venae labialis superioris.

118. Vena palpebralis inferior interna.

119. Ejus anastomosis cum vena faciali interna.

120. 121. 122. Multae et conspicuae inosculationes cum ramis venae palpebralis inferioris externae, quae venosum palpebrale inferius componunt.

123. 124. Anastomoses palpebralis venae inferioris internae cum ramis venae palpebralis superioris.

125. Vena nasalis anterior interna superior.

126. Rami ejus ad nasum cartilagineum, dorsum nasi, et ex concursu cum ramis nasalibus externis construitur rete venosum nasi dorsale.

127. Nasalis anterioris internae superioris venae ramus penetrans per foramen proprium, quod in cartilaginibus nasi reperitur in ipsam cavitatem narium.

128. Ramus anastomoticus venae nasalis anterioris cum vena nasali anteriori inferiori *116.*

129. Ramus profundus venae nasalis anterioris, primo init conjunctionem cum vena nasali interna inferiori *115.*, eaque facta per foramen proprium *130.* quod retro alam nasi reperitur in ipsum cavum narium descendit.

131. Vena dorsalis nasi inferior.

132. Vena frontalis.

133. Vena dorsalis nasi superior a vena frontali.

134. Conjunctio venae frontalis dexterae cum vena frontali sinistri lateris.

135. 136. 137. 138. Anastomoses, quibus vena frontalis inseritur surculis venae temporalis superficialis.

139. Vena supraorbitaria.

140. Vena palbebralis superior interna ex subraorbitaria.

141. Secunda vena palpebralis superior ex trunco venae facialis internae.

142. Ex vena supraorbitaria inter corrugatorem superciliorum et orbicularis fibras proserpente sursum tendit vena *143.* punctis notata, quae in pericranio et ipso frontis osse consumitur.

144. Quâ vena supraorbitaria in ramum medium venae temporalis profundae inseritur.

145. Rami cutanei a vena faciali externa posteriori.

146. Glandulosi parotici rami ex eadem.
147. Ramulus communicans cum vena masseterica externa 57.
148. Ramus profundus venae facialis externae posterioris.
149. Superficialis ramus, seu potius truncus continuatus venae facialis posterioris.
150. Vena auricularis posterior inferior.
151. Vena transversa faciei, in duos ramos divisa.
152. Ramus ejus inferior denuo in superficialem et profundum abeuns.
153. Superficialis, qui ramos emittit ad parotidem, tum 154. ad ductum stenonianum, tum 155. ramum communicantem cum vena masseterica externa 57., et 156. cum masseterica media 60. cum masseterica interna 63.
157. Ad parotidem accessoriam seu secundariam rami.
158. Aliam exhibet venam ramus superficialis, quae masseteri imposita sub ductu stenoniano sursum adscendendo os zygomaticum petit, postquam ea 159. conjuncta fuit cum 68. 73 75. 77., et cum venae transversae (160) facialis ramo superiori, venae palpebrali inferiori externae 100 inosculatur.
161. Ramus profundus ejusdem rami inferioris.
162. Venae transversalis faciei ramus superior.
163. Ejus anastomosis cum trunco venae facialis externae.
164. Conjunctio ejus cum vena articulari.
165. Insignis ramus retro processum condyloideum maxillae.
166. Ejus surculus communicans cum vena palpebrali inferiori externa.
167. 168. 169. Venae auriculares anteriores.
170. 171. Surculi venosi ex auricularibus anterioribus orti venis auricularibus posterioribus inserti.
172. Vena articularis anterior.
173. Ejus surculi ante os zygomaticum ludentes, et surculis inserti rami profundi venae temporalis.
174. Vena articularis anterioris conjunctio cum vena 161.
175. Ramus communicans cum profundo ramo venae temporalis.
176. Superficialis temporalis ramus a trunco venae facialis superficialis externae.

177. Ramus profundus.

178. Vena temporalis superficialis interna.

179. Externa.

180.181.182.183.184. Surculi ab interna vena temporali superficiali producti et cum ramo frontali ex profundo 177. ramo temporali conjuncti.

185. 186. Cum ramis venae frontalis.

187. 188. 189. Cum vena temporali superficiali externa.

190. Ramus venae temporalis superficialis externae 179. ante carnes musculi attollentis auris, cui dat surculos 191. 192., deinde communionem habet cum vena temporali superficiali 187. 188.

193. Vena auricularis posterior superior a vena temporali superficiali externa nata.

194. Truncus venae temporalis superficialis externae ad occipitalem musculum excurrens. Insignes init conjunctiones cum ramis jugularis internae 35. 36. cum ramis venae occipitalis superficialis 42. et cum vena temporali superficiali interna 167.

195. Ramus anastomoticus rami profundi 177. cum ramo adscendenti venae articularis 175.

196. 197. Ejusdem venae profundae temporalis rami duo musculares.

198. Bifurcate temporalis profunda, quae in duos partitur ramos; quorum unus 199. absconditur galea capitis aponeurotica, alter 200. duabus factis anastomosibus 201. 202. cum trunco continuato rami profundi temporalis itidem tectus galea capitis et aponeurosi temporalis oculis subducitur.

203. Ultimus ramus, ex profundo ramo temporalis venae natus, magis superficialis inter venas temporales profundas.

204. Surculus venosus a temporali 203. proveniens, aponeurosim temporalem perforans, et anastomosi conjunctus cum vena palpebrali externa inferiori et cum ramo venae articularis 173.

205. Ramus superior frontalis.

206. 207. 208. Ejus insertiones in venam temporalem superficialem internam.

209. Ejus conjunctio cum ramis venae frontalis.

210. Medius ramus vel anastomoticus. Lata anastomosi conjungitur cum vena supraorbitaria 144.

211. Vena palpebralis externa superior major.

212. Palpebralis vena externa superior, semper fere minor, quae conjungitur cum majore 213. et per carnes orbicularis strati externi mittit surculos 214. 215. communicantes cum ramo anastomotico 144., et surculum 216. communicantem cum ramo frontali venae temporalis profundae 209.

TABULA CXCIX.

VENAE CAPITIS ET COLLI.

Ex eodem Opere.

α. Os zygomaticum ab apophysi frontali usque ad conjunctionem cum osse maxillari β. effractum.
γ. Processus zygomaticus ossis temporum rescissus.
δ. Maxilla inferior, solutis prius huic ossi insertis musculis et incisione facta ligamenti capsularis ita effracta, ut ea tantum pars servaretur, quae monstrat aperturam anteriorem ε. canalis maxillae inferioris.
ζ. Orbita effracta in qua bulbus tantum oculi intactus.
η. Auris externa filo retracta.
θ. Meatus auditorius cartilagineus.
ι. Ligamentum capsulare processus condyloidei maxillae inferioris.
k. Cartilago articularis inter tuber articulare et processum condyloideum.
A. Musculus trapezius.
B. Splenius capitis.
C. Splenius colli.
D. Levator anguli scapulae.
E. Scalenus anticus.
F. Scalenus medius.
G. Processus mastoideus.
H. Venter posterior musculi digastrici.
I. Musculus stylo-hyoideus.
K. Venter anterior musculi digastrici.
L. Mylo-hyoideus musculus.
M. Genio-hyoideus.
N Musculus genio-glossus.
O. Hyo-glossus.

P. Portio constrictoris supremi pharyngis.
Q. Sterno-hyoideus resectus.
R. Omo-hyoideus resectus.
S. Hyo-thyreoideus.
T. Cryco-thyreoideus.
V. Sterno-thyreoideus abscissus.
X. Portio glandulae thyreoideae.
Y. Cartilago thyreoidea.
Z. Ligamentum cryco-thyreoideum.
a. Glandula submaxillaris, cujus maxima pars rescissa est.
b. b. Musculus pterygoideus internus a superficiae interna maxillae inferioris solutus.
c. Pterygoideus externus ob plexum vasorum non bene distinctus.
d. Ductus stenonianus abscissus.
f. Musculus temporalis nudus.
g. Ejus tendo a processu coronoideo abscissus.
h. Levator auris.
i. Buccinator.
K. Carotidis truncus communis.
l. Arteria thyreoidea superior.
1. Vena superficialis occipitalis (Tab. CXCVIII. *41.*).
2. Ramus major jugularis externae (ibid. *30.*) retro musculum sterno-cleido-mastoideum decurrens, cui dat surculos *3. 4. 5. 6.*
7. Anastomosis ejus cum vena linguali quae est jugularis cerebralis propago.
8. Vena muscularis profunda.
9. Ejus ramus adscendens ante tendines scalenorum et longi colli, insertus venae vertebrali.
10. Ramus muscularis a ramo *9.* procedens, qui consumitur in tendinibus scalenorum, longi et recti anterioris colli.
11. Vena occipitalis, jugularis externae ramus (T. CXCVIII. *34*).
12. Insertio jugularis externae in ramum superficialem venae facialis posterioris (ibid. *32.*).
13. Truncus venae facialis, seu jugularis internae ramus superficialis (ibid. *47.*).

14. Vena thyreo-laryngea, seu laryngea (Tab. CXCVIII. 48).
15. Ejus ramus posterior.
16. Ramus alter descendens thyreoideus.
17. Vena facialis interna anterior (Tab. CXCVIII. 52.).
18. Ejus ramus glandulosus.
19. Vena masseterica externa abscissa.
20. Vena submentalis (Tab. CXCVIII. 55.). Ejus rami 21. anteriori ventri musculi digastrici, 22. musculo mylo-hyoideo, 23. genio-hyoideo, 24. genio-glosso. Postremus hic ramus varias anastomoses init cum ramo glanduloso 18. et cum vena linguali a jugulari cerebri veniente.
25. Vena masseterica media (Tab. CXCVIII. 60.).
26. Masseterica interna abscissa (Tab. CXCVIII. 63.).
27. Venae labialis inferioris truncus resectus.
28. Vena buccalis inferior (Tab. CXCVIII. 76.).
29. Insertio trunci in venam buccalem mediam.
30. Ramus superficialis bifurcatus.
31. Surculus ejus minor ad fibras buccinatoris excurrens.
32. Major surculus retro venam facialem mittit venam 33. ad buccinatorem, deinde eleganti anastomosi copulatur cum vena 34. buccali suprema.
35. Ramus profundus posterior venae buccalis inferioris, qui duas init anastomoses; prima 36. quae fit inter truncum continuatum rami profundi facialis externae. Ex hoc ramo 37. anastomotico nascitur surculus muscularis implantatus fibris posticis buccinatoris.
38. Secundam anastomosim facit ramus adscendens rami profundi buccalis, qui adscendit ante pterygoideum internum. Hic generat ramum 39. lateralem, ex quo ductu retrogrado excurrunt duo surculi 40. 41. qui ante buccinatorem in unam venam uniuntur. Editis his ramis adscendens ramus 42. cum suo ramo laterali 43. attingunt pterygoideum externum ubi in unam venam 44. mutati denuo discedunt in duos surculos 45. 46. ramis musculosis pterygoideis insertos.
47. Vena buccalis media (Tab. CXCVIII. 78.).
48. Vena labialis media (Tab. CXCVIII. 82.).



49. Vena buccalis superior.
50. Ramus profundus venae facialis internae.
51. Vena dentalis seu alveolaris superior.
52. Ramus descendens venae alveolaris superioris.
53. 54. 55. Rami excurrentes ad anterius latus ossis maxillaris superioris retro venam facialem internam (Tab. CXCVIII. 88. 89. 90.).
56. Ramus transversus venae alveolaris superioris properans ad foramen alveolare 57. ossis maxillaris superioris, prospiciens periosteo dentium, et foramina radicum dentium subintrans.
58. Ramus nasalis posterior internus a ramo profundo venae facialis internae procedens.
59. Ramus ophthalmicus ejusdem rami profundi; 60. 61. ejus iter in orbita.
62. Vena labii inferioris superior, rescissa (T. CXCVIII. 86.).
63. Inferior vena labii superioris (ibid. 87.).
64. Vena palpebralis externa inferior (ibid. 93.).
65. Truncus venae facialis posterioris externae (ibid. 53).
66. Ramus cutaneus ex trunco 65. prosiliens.
67. Ramus glandulosus.
68. Profundior ramus qui dscendendo ludit ante ventrem posteriorem musculi biventris; deinde bifidus fit, ita ut ramo transverso 69. Feratur ante arteriam maxillarem internam, et inseratur tandem ramis venae jugularis cerebralis. Ramus alter 70. anastomoticus est, partim 71. cum ramo profundo facialis externae, partim 72. cum ejusdem venae ramo superficiali.
73. Minor ramus profundus, qui ramo profundo facialis externae inosculatur.
74. Ramus superficialis a vena faciali externa posteriori.
75. Vena auricularis posterior inferior (Tab. CXCVIII. 150.).
76. Venae transversae facialis truncus (ibid. 151.).
77. Ramus inferior venae transversae facialis (ibid. 152.).
78. Ramus superficialis.
79. Profundus ramus ab inferiori ramo venae transversae facialis.

80. Quâ ramus 79. conjungitur cum ramo profundo facialis externae, et cum vena 81. articulari anteriori, et cum 82. 83. ramo superiori transversae facialis.

84. Quâ ramus profundus 79. gliscit inter radicem processus coronoidei et masseterem, arcus majores 85. faciendo, donec tandem 86. inosculatur ramo profundo venae temporalis (Tab. CXCVIII. 203.).

87. Ramus superior venae transversae. Ejus anastomosis cum trunco 88. venae facialis externae, et cum 89. vena articulari anteriori.

90. Venula, quae ex trunco continuato oritur, et sub facie concava ossis zygomatici decurrit, ubi facta anastomosi 91. cum ramis temporalibus rami profundi facialis externae, in musculo temporali 92. consumitur.

93. Ramus profundus inseritur tandem ramo temporali rami profundi venae facialis externae.

94. Vena articularis posterior.

95. Truncus ejus continuatus, ex quo nascitur anastomosis 96. cum profundo ramo facialis externae.

97. 98. Rami articulares posterioris venae, ex quibus prodit ramus anastomoticus 99. cum vena profunda temporali.

100. Vena auricularis profunda meatui cartilagineo implantata, et cum ramis venae articularis posterioris anastomosin habens.

101. Vena articularis anterior (Tab. CXCVIII. 172.), cujus rami anastomotici sunt 102. cum vena 81. et 103. cum ramo 89. et 104. communicans cum vena articulari 99. et cum ramo profundo venae temporalis.

105. 106. Venulae ex ramo communicante 104. migrantes ad periosteum processus zygomatici et ad ligamentum capsulare maxillae inferioris.

107. 108. 109. Venae auriculares anteriores.

110. Truncus venae temporalis superficialis (T. CXCVIII. 176.).

111. Vena temporalis profunda (ibid. 177.).

112. Ramus venosus temporalis profundae.

113. Conjunctio temporalis profundae cum articulari anteriori et posteriori.

114. 115. Rami musculares temporalis profundae.

116. Vena profunda temporalis (Tab. CXCXVIII. *199.*), ex ramo profundo temporali nata, quae altero ramo inseritur ramo *117.* temporali rami profundi facialis externae; altero conjungitur cum secundo ramo temporali.

119. Ramus temporalis profundus (Tab. CXCXVIII. *200.*) qui postquam duobus locis *120. 121.* cum trunco temporali profundo conjunctus fuit, in substantiam penetrat musculosam temporalis musculi, et inter eam et partem squamosam ossis temporum gliscendo conjungitur *122.* cum ramo temporali rami profundi venae facialis externae.

123. Ramus temporalis (Tab. CXCXVIII. *203.*), qui cum vena temporali *86.* copulatur, dato prius ramo *124.* in musculo temporali disperso qui in hac figura resectus est.

125. Secundus ramus venae facialis externae posterioris est ramus profundus, qui statim in origine sibi insertum accipit ramum *126.* anastomoticum ex jugulari externa natum. Deinde mittit venam *127.* ad musculum sterno-cleido-mastoideum.

128. Ramus insertus venae articulari posteriori productus a trunco rami profundi dum adscendit ante ventrem posteriorem musculi digastrici.

129. Quâ profundus ramus reflectitur infra venam articularem posteriorem, ut cum vena articulari posteriori plexum pterygoideum constituat. Ex ipsomet ramo profundo facialis externae in fine exteriori et inferiori musculi pterygoidei propullulat ramus *130.* anastomoticus cum vena *68.* et *71.* trunci facialis venae externae.

131. Vena maxillaris inferior quae constanter oritur ex ramo profundo.

132. Secunda vena maxillaris inferior.

133. 134. 135. Rami a duabus venis maxillaribus, qui interiori substantiae osseae maxillae prospiciunt, periosteo dentium, et in canalem penetrant patulum in radice cujuslibet dentis.

136. Vena quae ex ramo transverso prosilit non procul ab ori-

gine venae maxillaris inferioris. Ea in duos divaricat ramos, videlicet *137.* princeps anastomoticus cum ramo profundo venae buccalis inferioris *36.*, et alter ramus *138.* muscularis, cujus surculi in carnibus postremis musculi buccinatoris in mylo-pharyngeum et in bucco-pharyngeum abeuntibus implantatur.

139. 140. Rami anastomotici ex ramo profundo venae facialis externae cum ramis venae transversae facialis *80. 93.*

φ. Ramus muscularis et anastomoticus cum *45.* et *46.*

141. Ramus temporalis a ramo profundo exortus, qui statim finditur in ramos duos, internum et externum.

142. Internus ramus temporalis a profunda faciali externa. Profundissimis venis temporalibus adnumerari debet, et bifida vena est: primus ramus *143.* anastomoses varias cum ramis temporalibus a temporali interna venae facialis externae superficialis venientibus init. *144.* Secundus ramus interni rami adscendendo retro jugum conjungitur cum venis temporalibus profundis *118. 122.*

145. Ramus externus, facta anastomosi cum vena *93.* plusculos emittit ramos musculares, ex quibus unum *146.* insertum ramo profundiori musculari pterygoideo *φ.*

147. Primus ramus temporalis a trunco rami externi adscendentis ante pterygoideum externum. Oblique sursum et introrsum ambulat retro jugum, versus radicem alae magnae ossis sphenoidei, et mittit surculos venosos in periosteum ejusdem ossis et partis squamosae ossis temporum, et in musculo temporali consumitur.

148. 149. Secundus ramus rami temporalis externi: conjungitur cum ramo primo *147.*, distribuitur in profundis fibris temporalis musculi, in periosteo partis squamosae ossis temporum, et tandem in ipsam substantiam ossis temporum penetrat.

150. Tertius ramus rami externi est minimus, plerumque excurrendo ad musculum temporalem in periosteo partis squamosae terminatur.

151. Quartus ramus est truncus rami externi continuatus et

inter omnes maximus; varias conjunctiones init *152.* cum ramo *149.*, deinde *153.* cum ramo *150.*, et *154.* cum ramo *116. 117.*

155. 156. Rami musculares a ramo quarto producti, et in fibris temporalis musculi terminati. Hi longe lateque regnant per carnes temporalis; praeprimis vero surculus *157.* adscendit usque ad partem lateralem ossis frontis et bregmatis, in cujus substantiam interiorem in plusculos ramulos divisus penetrat.

158. Vena jugularis cerebralis (Tab. CXCXVIII. *46.*).

159. Lingualis vena, quae ramus est venae cerebralis. Ad latus externum carotidis cerebralis nascitur ex trunco jugularis cerebralis; fertur sursum paulo et introrsum ante carotidem cerebralem et facialem, supra originem arteriae thyreoideae superioris. In hoc itinere mittit ramum paulo adscendentem anastomoticum *160.* cum ramo jugularis externae *7.* et *161. 162. 163.* cum vena pharyngea. Truncus autem venae lingualis iter suum continuat, et supra originem arteriae lingualis pendit ramum *164.* qui venit ad musculos pharyngis constrictores supremos et musculum stylo-glossum. Maximi vero ramuli inseruntur ramis venae pharyngeae.

165. Truncus venae lingualis antequam dividatur in ramum superficialem et profundum, dat ramum *166.* ad musculos mylo-hyoideum, genio-hyoideum, genio-glossum, glandulam sublingualem et cutem oris.

167. Ex ramo superficiali eunt venae ad mylo-hyoideum, genio-hyoideum, glandulam sublingualem et cutem oris.

168. Ramus profundus migrat arteria ranina socia, et iisdem prospicit partibus, quam arteria ranina.

169. Venae pharyngeae origo ex jugulari cerebrali.

170. Ejus ramus externus cum arteria occipitali ante truncum jugularis cerebralis ambulat et in musculo sterno-mastoideo terminatur. Vena pharyngea factis conjunctionibus cum ramis venae lingualis *160. 161. 162.* ulterius ad pharyngem properat.



TABULA CC.

Ex Cadavere.

FIGURA I.

Venae brachii superficiales cera repletae ab interiori parte, remotis communibus velamentis.

A. Deltoides musculus.

B. Musculus pectoralis.

C. Rete venosum cutaneum pollicis in vola manus.

D. Idem rete in volari indicis superficie.

E.F.G. Rete simile in digito medio, annulari, et minimo.

H. H. Rete volare superficiale manus.

I. Idem rete in carpo.

K. Vena cephalica pollicis.

L. Radialis vena externa cephalicae pollicis continua.

M.N. Venae cephalicae truncus.

O.O. Rami communicantes inter venam radialem externam et internam.

P.P.Q. Vena basilica: *P. P.* quâ pertinet ad cubitum: *Q.* quâ ad humerum.

R. Vena mediana.

S. Ulnaris vena externa.

T. Vena radialis interna superficialis.

V. Ulnaris vena interna superficialis in basilicam terminata.

X. Ramus communicans inter superiorem et inferiorem partem venae basilicae cubiti.

Y. Vena mediana cephalica.

Z. Ramus communicans inter venas *L.* et *S.*

a.b.c.d.e. Venae minores anastomoticae.

FIG. II.

Venae profundae ejusdem brachii dextri ab interiori parte spectatae.

A. Clavicula.
B. Musculus pectoralis revolutus.
C. Pectoralis minor, seu serratus anticus superior.
D. Musculus deltoides.
E. Latissimi dorsi truncatus tendo.
F. Caput breve Bicipitis brachii.
G. Musculus coracobrachialis.
H. Biceps brachii.
I. Ejus caput longum.
K. Anconaeus longus.
L. Sublimis, resectus.
M. Pronator teres, truncatus.
N. Profundus, aliquantum ad latus ductus ut musculus pronator quadratus melius in oculos incurreret.
O. Ejus tendines resecti.
P. Musculus ulnaris externus.
Q. Pronator quadratus.
R. Brachialis internus.
S. Supinator longus.
T. Flexor longus pollicis.
V. V. Tendines sublimis musculi ac profundi ad digitos decurrentes.
X. Musculus abductor digiti minimi.
Y. Tendo musculi flexoris longi pollicis.
Z. Musculus adductor pollicis.
1. Arcus unguicularis venosus pollicis.
2. Vena volaris radialis pollicis.
3. Volaris vena ulnaris ejusdem digiti.
4. Arcus venosus unguicularis indicis.
5. Vena radialis volaris indicis.
6. Communicationes cum venis dorsalibus manus.
7. Vena communis pollicis et indicis.

8. Ramus venosus ex adductore pollicis veniens.
9. Ramuli a superficie musculorum pollicis.
10. Vena ulnaris volaris indicis.
11. Truncus venosus communis indicis et digiti medii.
12. Arcus venosus unguicularis digiti medii.
13. Vena radialis volaris ejusdem digiti.
14. Ulnaris vena volaris digiti medii.
15. Truncus venosus communis digiti medii et anularis.
16. Arcus unguicularis venosus digiti anularis.
17. Vena radialis volaris digiti anularis.
18. Ulnaris vena volaris ejusdem digiti.
19. Communis venae digiti anularis et auricularis.
20. Communicatio cum arcu volari profundo.
21. Arcus unguicularis venosus digiti auricularis.
22. Vena radialis volaris digiti auricularis.
23. Vena ulnaris volaris duplex digiti ejusdem.
24. Communicatio cum arcu volari profundo.
25. Rami venosi a musculis procedentes digiti minimi.
26. Arcus volaris superficialis manus.
27. Ramuli emergentes sub musculis pollicis.
28. Rete venosum carpi.
29. 29. Ramus duplex volaris venae radialis internae profundae.
30. Ejusdem venae ramus dorsalis.
31. 31. Vena radialis interna profunda duplex.
32. Ramulus ex musculo supinatore longo.
33. Quâ vena ulnaris interna profunda cum interossea interna cubiti communicat cum vena radiali.
34. Vena ulnaris interna profunda duplex.
35. Ramuli accedentes a musculis digiti minimi.
36. Venae ulnaris internae profundae ramus dorsalis.
37. Progressus venae ulnaris internae profundae adscendentis.
38. Rami ex musculo ulnari interno.
39. 40. Ex profundo flexore digitorum ramuli.
41. Connexio venae interosseae profundae cum ulnari.
42. Rami ex pronatore terete.
43. Vena recurrens ulnaris.

44. Truncus communis adscendens ad venam brachialem.
45. Ramus volaris venae interosseae internae cubiti, duplex.
46. Ejus communicatio cum ramo volari venae radialis internae profundae.
47. Communicatio cum ramo volari venae ulnaris internae profundae.
*. *. Membrana capsularis carpi.
48. Vena interossea interna cubiti.
49. Rami ex flexore longo pollicis.
50. Venulae ex profundo.
51. Vena nutritia radii.
52. 52. Vena brachialis.
53. Rami ex bicipite.
54. Vena circumflexa anterior humeri.
55. Conjunctio venae brachialis cum vena basilica.
56. Vena basilica truncata.
57. 57. Truncus venae basilicae.
58. Finis basilicae in venam axillarem.
59. Rami ex Anconaeis.
60. Vena collateralis ulnaris in basilicam desinens.
61. Alter ramus ex Anconaeis.
62. Rami ex latissimo dorsi.
63. Vena subscapularis.
64 64. Venae cephalicae truncus.
65. Cephalicae ramus radialis internus.
66. Vena mediana truncata.
67. 68. Arteriae brachialis truncus.
69. Arteria radialis.

TABULA CCI.

Ex Cadavere.

FIGURA I.

Venae superficiales brachii dextri cera impletae et ab exteriori brachii parte conspectae.

A. Clavicula dextra.
B. Musculus deltoides.
C. Serratus anticus minor, seu pectoralis minor resectus.
D. Tendo pectoralis magni.
E. Coracobrachialis.
F. Anconaei sub vagina membranacea humeri.
a. Rete venosum dorsale pollicis.
b. Vena dorsalis radialis pollicis: *c.* vena ulnaris dorsalis.
d. Rete venosum dorsale indicis.
e. Ejusdem digiti vena dorsalis radialis: *f.* ulnaris vena socia.
g. Rete venosum dorsale digiti tertii.
h. Vena ejus dorsalis radialis: *i.* ulnaris dorsalis socia.
k. Rete venosum dorsale digiti anularis.
l. Vena ejusdem digiti dorsalis radialis: *m.* ulnaris dorsalis vena.
n. Rete venosum digiti minimi.
o. Vena dorsalis radialis digiti ejusdem: *p.* ulnaris dorsalis socia.
q.r.s.t. Venulae istiusmodi cellulosam perforant, ut cum interosseis venis et volaribus communicent. Scalptoris autem errore venulae istiusmodi truncatae adparent ostio sursum revoluto, quod a Lectoribus benigne excusandum.
u.u. Arcus venosum dorsalis manus.
x. Vena cephalica pollicis in venam radialem externam continuata.
y. Vena salvatella.

z. δ. Venae communicantes cum rete profundo dorsali carpi,

β. Rete carpi dorsale supeficiale.

γ. Vena radialis externa.

ε. Rete venosum superficiale.

ζ. ζ. μ. Vena ulnaris externa.

η. Ramorum communicatio cum vena ulnari interna.

θ. θ. Vena cephalica, super deltoideum musculum decurrens ϰ, et desinens λ. in venam subclaviam Γ.

ξ. Vena arcum constituens in regione cubiti, et ramos recipiens cutaneos ac musculares; ulnaris vena cum cephalica per eum arcum communicat.

π. π. Venae subcutaneae in venam ulnarem terminatae.

ρ. Vena a deltoidei musculi superficie procedens.

σ. σ. Vena basilica.

τ. Mediana vena.

Δ. Θ. Λ. Anastomoses: Δ. inter venam radialem externam et ulnarem: Θ. inter basilicam venam et cephalicam: Λ. inter surculum venae cephalicae et alterum basilicae.

Φ. Venae brachialis finis in axillarem.

Ψ. Vena circumflexa humeri anterior, duplex.

ω. Venae subscapularis ramus insignis a Latissimo dorsi et Serrato majori ramos advenientes colligens.

FIG. II.

Venae profundiores brachii a posteriori parte spectati.

A. Scapula sursum ducta.

B. Clavicula.

C. Caput humeri membrana tectum articulari.

D. Humeri collum.

E. Musculi infraspinati tendo.

F. Musculus teres minor abscissus.

G. Tendo musculi supraspinati.

H. Deltoidei musculi per medium discissi pars superior: *H.* 2. inferior portio, deorsum revoluta.

I. Musculus biceps.

K. Brachialis internus.

L. M. Portio inferior musculi tricipitis truncati; sive *L.* Anconeus longus; *M.* Anconeus externus.

N. Ulnae processus olecranon dictus.

O. Condylus humeri internus.

P. Anconeus parvus.

Q. Extensoris communis digitorum reliquiae.

R. Os ulnae.

S. Radium.

T. Membrana cubiti interossea.

V. V. Supinator brevis dissectus.

X. Supinator longus truncatus.

Y. Z. Radialis externus: *Y.* longus: *Z.* brevis.

Γ. Abductor longus pollicis.

Δ. Extensor minor pollicis.

Θ. Musculus indicator truncatus.

Λ. Ulnaris externus.

Ξ. Abductor digiti minimi.

1.2.3.4. Venae dorsales superficiales digitorum abscissae.

5.6.7. Venae interosseae dorsales manus, *5.* prima, *6.* secunda, *7.* tertia.

8.9.10. Interosseae venae perforantes inferiores.

11. 12. Aliae venae perforantes superiores.

13. Ramus dorsalis venae radialis internae profundae, duplex.

14. Vena superficialis ad cephalicam pollicis pertinens, abscissa.

15. Venula decurrens super musculum abductorem indicis et communicans cum ramo dorsali venae radialis internae.

16.17.18.19. Rete dorsale carpi profundum.

20. Venae salvatelle abscissae residuum.

21. Pollicis vena cephalica truncata.

22. Vena radialis externa.

23. Ramus venosus communicans cum rete carpi dorsali, et cum ramo venae interosseae internae cubiti, et desinens in venam radialem externam.

24. Rami venae radialis externae cum venis cubiti interosseis inosculatae.

25. Venae cephalicae truncus resectus.
26. Ramus anastomoticus ejusdem venae cephalicae abscissus.
27. Venae cephalicae ramus communicans cum collaterali radiali primaria.
28. Ramus dorsalis venae interosseae internae cubiti. Est vena perforans cubiti inferior.
29. Magnus arcus quo vena cubiti interossea interna et externa cubiti coeunt.
30. Conjunctio venae 28. cum ramo procedente a rete carpi dorsali profundo, ex quibus vena coalescit 23.
31. Ramus venulas colligens a membrana interossea, a musculo indicatore et pollicis extensoribus et communicans cum vena radiali.
32. Rami procedentes a musculo Supinatori longo et Radialibus.
33. Alii rami ex ulnari externo.
34. Ramus superior sive recurrens venae interosseae externae.
35. Ramus ex musculis supinatoribus adveniens et in ramum recurrentem 34. terminatus.
36. Vena collateralis radialis primaria.
37. Secundaria vena collateralis radialis.
38. Vena brachii profunda quae nata ex confluxu venarum collateralium in venam brachialem aperitur.
39. Vena ex principio musculi Radialis externi longi et Supinatoris longi ortum habens, in basilicam terminata.
40. Venae brachialis truncus.
41. Vena circumflexa humeri posterior.
42. Basilica vena, paullulum ex situ dimota.
43. Truncus venae subscapularis.

TABULA CCII.

Ex Cadavere.

Venae pelvis cum cava inferiori, cera repletae, ex cadavere hominis adulti.

A. A. Peritonaeum musculos abdominales obtegens.
B. Crista ossis iliûm.
C. Syncondrosis pubis dissecta.
D. Tuber ossis ischii.
E. Ejusdem ossis spina.
F. Ligamentum spinoso-sacrum.
G. Aliud ligamentum tuberoso-sacrum.
H. Incisura lunata.
I. Musculus iliacus internus.
K. Superficies lateralis sinistra ossis sacri, qua cum osse iliûm sinistro nectebatur.
L. Os coccygis.
M. M. Musculus quadratus lumborum.
N. Psoas sinister truncatus.
O. Ren dexter. *P.* Sinister.
Q. Ureter sinister resectus.
R. Capsula suprarenalis sinistra.
S. Diaphragma.
T. Arteria aorta abdominalis truncata.
V. Arteria coeliaca.
X. Meseraica arteria superior.
Z. Nervus obturatorius dexter.
a. Vena obturatoria dextra.
b. b. Circumflexa iliûm duplex.
c. Vena cruralis dextera.
d. Truncus, a quo venae suppeditantur pone os pubis et vesicae urinariae.
e. Ramus ab obturatore musculo interno dextro procedens.

f. Communicatio cum venis haemorrhoidalibus externis.
g. g. Venae ex plexu vesicali natae.
h. Vena ischiadica dextra.
i. Iliaca vena posterior, seu glutea.
k. Truncus ex confluxu venarum minorum enatus et in hypogastricam venam desinens.
l. Vena sacra media in angulum venae cavae terminata quâ iliacae venae concurrunt ad invicem.
m. Vena sacralis prima ex primo dextero foramine ossis sacri prodenns.
n. Sacralis vena secunda sinistra, ex secundo foramine procedens sinistro ossis sacri.
o. Tertia vena sacralis sinistra exeuns ex tertio foramine sinistro ejusdem ossis.
p. Anastomosis inter ischiadicam venam et gluteam.
q. Altera anastomosis inter ischiadicae ramos principes.
r. Ramus comes nervi ischiadici.
s. Conjunctio anastomotica venae sacrae mediae cum ischiadicae ramo.
t. Vena hypogastrica sinistra.
u. Cruralis vena sinistra.
v. Vena iliaca sinistra. *x.* Dextra.
y. y. Venae ileolumbales dextrae, quae in venam iliacam ejusdem lateris immerguntur.
z. Vena ileolumbalis sinistra truncata.
β. Truncus communis venae ileolumbalis sinistrae, et lumbalis quintae *γ.* et quartae.
δ. Vena lumbalis quarta.
λ. λ. Communicationes inter venas lumbales.
ε. ε Vena cava inferior.
ζ. η. Venae lumbales.
θ. κ. Venae a musculo psoa et a superioribus lumborum vertebris procedentes.
μ. Vena emulgens seu renalis sinistra.
ξ. Spermatica vena sinistra resecta.
π. Vena suprarenalis sinistra in emulgentem sui lateris terminata.

TABULA CCIII.

Ex Cadavere.

VENAE CRURIS ET PEDIS

FIGURA I.

Extremitas inferior dextra, venis superficialibus cera repletis et integumentis remotis, ab interiori facie spectata.

1. 1. 1. Venulae a planta pedis accedentes ad venas dorsales pollicis.
2. Vena dorsalis interna pollicis.
3. Externa vena dorsalis ejusdem digiti.
4. Secundi digiti vena dorsalis interna.
5. Externa vena dorsalis ejusdem digiti.
6. Tertii digiti interna vena dorsalis.
7. Externa ejusdem digiti vena dorsalis.
8. Dorsalis interna vena digiti quarti.
9. Externa vena dorsalis ejusdem digiti.
10. Dorsalis vena interna digiti quinti.
11. Ejusdem digiti vena dorsalis externa.
12. Vena dorsalis ossis metatarsi primi.
13. 14. 15. 16. Venae dorsales superficiales intervalli primi, secundi, tertii, quarti.
17. Arcus dorsalis superficialis pedis.
18. Prima origo rami majoris venae saphenae internae.
19. Origo prima rami minoris ejusdem venae.
20. Communicatio inter venas 18. et 19.
21. Ramus major venae saphenae internae.
22. Minor ramus ejusdem venae saphenae.
23. Ramus accedens ad minorem ramum 22.
24. Ramus communicans inter venam saphenam internam et externam.

25. Confluxus rami minoris et majoris venae saphenae internae.

26. 26. Truncus venae saphenae internae per internam femoris faciem adscendens.

27. 28. 29. Rami communicantes inter venam tibialem posticam, et ramum minorem venae saphenae internae.

30. 31. 32. 33. Venae prodeuntes ex subjectis musculis in venam saphenam internam inserti.

34. Vena prodeuns ex rete venoso articulari genu, cum superficialibus conjuncta.

35. Vena alia quae sub patella sese prodit et in superficiales aperitur.

36. Trunculus, qui venis conflatur 34. et 35. et in truncum inseritur venae saphenae internae.

37. 38. 39. 40. Venae ex subjectis musculis erumpentes et cum superficialibus conjunctae.

41. Truncus venarum subcutanearum in venam saphenam insertus.

42. 43. 44. Rami alii venosi in truncum desinentes ejusdem saphenae.

45. Venae abscissae a venis productae pudendis exterioribus.

46. Quâ vena saphena interna in cruralem venam aperitur.

47. Insignis ramus, qui ex pluribus venis cutaneis enatus, inferius communicat cum vena saphena, superius vero desinit in venam cruralem.

48. 49. Venae cruralis truncus sub vagina femoris inter musculos emergens.

FIG. II.

Extremitas inferior dextera ab exteriori parte spectata, venis superficialibus cera repletis.

1. Vena dorsalis externa digiti primi.

2. 3. 4. 5. Eadem vena in unoquoque digito, secundo scilicet, tertio, quarto, quinto.

6. 7. 8. 9. Venae communicantes cum venis plantaribus.
10. 10. Venae aliae a planta pedis ad dorsum assurgentes.
11. 12. 13. 14. Venae dorsales superficiales intervallorum metatarsi: 11. intervalli primi: 12. secundi: 13. tertii: 14. quarti.
15. Arcus dorsalis superficialis pedis.
16. Prima origo rami minoris venae saphenae internae.
17. Communicatio inter hanc venam et originem rami majoris.
18. Continuatio rami minoris venae saphenae internae.
19. Ramus communicans cum venis profundioribus.
20. Venae saphenae externae initium.
21. Ramus qui musculos perforans communicat cum vena tibiali antica.
22. 23. 24. 25. 26. 27. Rami ex musculis prodeuntes in crure positis et in venam saphenam externam inserti.
28. 29. Communicationes venae saphenae externae et internae.
30. Saphenae internae truncus.
31. Confluxus venae saphenae externae cum vena poplitea.
32. Truncus venarum superficialium in regione femoris externa, qui in hoc cadavere in externam saphenam aperiebatur.
33. Vena communicans cum vena perforante superiori.
34. Haec, ut plures aliae venae minores, ex subjectis musculis prodit.

TABULA CCIV.

VENAE CRURIS ET PEDIS PROFUNDIORES

FIGURA I.

Venae pelvis posteriores.

1. 1. Crista ossis iliûm dextri.
2. Incisura ischiadica.
3. Os sacrum.
4. Os coccygis.
5. Ossis ischii tuber.
6. Ligamentum tuberoso-sacrum.
7. Femoris trochanter major.
8. Pars musculi obturatoris interni resecti.
9. Ejusdem musculi tendo.
10. 11. Gemini superioris partes resectae.
12. 13. Partes gemini inferioris abscissae.
14. Musculus piriformis reclinatus.
15. 15. Gluteus minimus.
16. 16. Gluteus medius a propria sede remotus.
17. Maximus gluteus reclinatus.
18. 19. Quadratus femoris per medium dissectus: *19.* pars ejus reflexa.
20. Obturator externus.
21. Portio adductoris magni.
22. Biceps femoris.
23. Musculus semitendinosus.
24. Semimebranosus.
25. Truncus communis venae gluteae et ischiadicae.
26. Vena glutea.
27. Anastomosis inter venam gluteam et ischiadicam.
28. Vena circumflexa externa ossis iliûm superior.

29. Circumflexa altera inferior.
30. 30. Rami ex glutaeo medio abscissi.
31. Ramus major conflaens cum vena glutaea.
32. Rami ex glutaeo medio et piriformi prodeuntes.
33. 33. Vena ischiadica.
34. Ejus rami ex glutaeo maximo truncati.
35. Ramis a pudendis procedentes.
36. Alii rami a membrana capsulari et obturatore interno femoris.
37. Venae ex quadrato femoris.
38. Venae aliae ex adductore et musculo bicipite.

FIG. II.

Venae pedis et cruris dextri profundiores.

1. Tibiae pars superior.
2. Ejus extremitas inferior
3. Maleolus externus.
4. 4. Musculus tibialis anticus situ nonnihil dimotus.
5. 5. Extensor longus digitorum communis.
6. Ejus tendo truncatus.
7. 7. Extensor proprius pollicis.
8. Tendo ejus.
9. Tarsus.
10. Portio reliqua musculi abductoris digiti minimi abscissi.
11. 12. 13. 14. Venae dorsales digitorum superficiales truncatae.
15. 16 Venae communicantes cum superficialibus abscissae.
17. 18. 19. 20. Communicatio ramorum dorsalium cum plantaribus.
21. 21. Venae quae a planta pedis ad dorsum interius feruntur.
22. Venae saphenae internae ramus major.
23. 23. Interossea vena dorsalis intervalli primi.
24. Ramus communicans cum vena 16.
25. Vena perforans intervalli primi.
26. 26. Interossea vena dorsalis intervalli secundi.
27. Vena perforans intervalli secundi.

28 29. Communicatones venae 26. cum vena 16.
30. Vena interossea dorsalis intervalli tertii.
31. Alia vena communicans cum vena 26.
32. Vena perforans anterior intervalli tertii.
33. terossea vena dorsalis intervalli quarti.
34. Ve. ans posterior intervalli quarti.
35. Vena supern
36. Confluxus ramorum
37. Arcus dorsalis venosus prot
38. Venae tibialis anterioris principium.
39. Vena malleolaris interna.
40. Vena malleolaris externa duplex.
41. Insignis communicatio venae tibialis anticae cum ramo 42.
42. Ramus venae peroneae qui trans ligamentum interosseum cruris a posteribus fertur ad anteriora.
43.43. Venae tibialis anterioris truncus duplex, ramos colligens a proximis musculis.
44.44. Vena recurrens tibialis.
45. Rami ab Extensore digitorum communi procedentes.
46. Arteria tibialis antica venarum comes.

FIG. III.

Venae profundiores ejusdem cruris dextri a posteri ori parte.

1. Musculus gracilis.
2. Bicipitis caput longum.
3. Semitendinosus.
4. Semimembranosus.
5. Bicipitis caput breve.
6. Gastrocnemii interni rescissi pars suprema.
7. Externus gastrocnemius.
8. Plantaris resecti pars.
9. Solei truncati portio.
10. Popliteus.
11. Tibialis posticus.

12. Flexor longus pollicis, cujus inferior pars abscissa.
13. Peroneus longus.
14. Malleolus externus.
15. Tendo flexoris longi communis digitorum, truncati.
16. Tendinis Achillis reliquia.
17. Calcaneus.
18. 19. Vena peronea, primum duplex, dein simplex superius cum arteria socia.
20. Ramus communicans cum vena malleolari externa.
21. Rami a fibula et musculis peroneis.
22. Rami ex Tibiali postico et Flexore longo digitorum communi.
23. Alii ex Flexora longo pollicis.
24. Surculi a calcaneo et a parte inferiore tendinis Achillis.
25. Venae tibialis posticae initium ex plantaribus.
26. Ramus communicans cum vena peronea.
27. Communicationes cum vena saphena.
28. 29. Rami ex Tibiali postico.
30. Vena nutritia tibiae cum arteria socia.
31. Rami ex Gastrocnemio interno abscissi.
32. 32. Ex parte suprema ejusdem musculi rami alii.
33. 33. Venae peroneae truncus duplex.
34. Quâ trunci confluunt in unum.
35. 35. Venae tibialis posticae duplex truncus.
36. Truncus implex venae ejusdem tibialis ex duplici productus.
37. Rami ex Soleo.
38. Vena poplitea cum arteria socia.
39. Vena articularis superior externa cum recurrente.
40. Articularis vena interna inferior.
41. Vena ex musculo Plantari.
42. Vena articularis interna superior.
43. Ramus ex Semimembranoso et superius ex Bicipite descendens et in venam popliteam insertus.
44. 45. Venae ex Semitendinoso et Gracili cum recurrente 39. communicantes.

FIG. IV.

Venae profundiores plantae pedis dextri.

1. Calcaneus.
2. Ligamenta quae astragali et navicularis osse revinciunt.
3. Primum os metatarsi.
4. Tendo peronei longi.
5. Flexoris longi pollicis tendo.
6. Flexor pollicis minor.
7. Abductor digiti minimi.
8.9.10.11.12. Arcus unguicularis venosus digitorum.
13. Vena digitalis interna pollicis.
14. Externa vena ejusdem digiti.
15. Vena externa digiti minimi.
16.17.18. Trunculi venarum superficialium plantae pedis abscissi.
19. 19. Anastomoses venarum digitalium, arcum venosum minorem plantarem constituentes.
20.21.22.23. Venae interosseae plantares: *20.* intervalli primi; *21.* secundi: *22.* tertii: *23.* quarti.
24. Arcus plantaris venosus.
25. Vena plantaris interna.
26. Internae venae pollicis communicatio cum vena interna plantari.
27. Vena plantaris externa.
28. Ramuli ex musculis digiti minimi advenientes.
29. Vena tibialis postica duplex cum arteria socia.
30. Truncus dissectus cum superficialibus continuus.

FINIS

Sectionis primae Partis tertiae.